



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Valerii Andreae Desselii Erotemata Ivris Canonici**

**Andreas, Valerius**

**Francofurti & Lipsiae, 1720**

XXXVII. De Postulando.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63277](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63277)

4. Quae est vis & effectus transactionis?

Quod lis semel transactione finita non possit amplius resuscitari, ne quidem sub *c. i. b. r. & l.* praetextu novorum instrumentorum post *sub praetextu C.* ab actore reperorum.

*ead.*

De Postulando.

TIT. XXXVII.

Si nec pacto nec transactioni locus detur, tunc ad tribunal iudicis eundum est, ubi Actor petitionem suam instituet, Reus vero petitioni actoris contradicet: idque uterque facere potest, vel per se, vel per alios, Advocatos, Procuratores, Syndicos.

1. Postulare quid?

Postulare (quod est proprium Advocatorum officium) est desiderium *l. 1. §. postulare D.* suum vel amici, in iure, id est, in iudicio, *ex hoc tit.* apud eum, qui jurisdictioni praest, *exponere, vel alterius desiderio contradicere.*

2. Qui possunt postulare?

Postulare omnes rerum forensium *d. l. 1. §. 4.* petiti possunt, nisi qui nominatim *& seqq. c.* prohibentur, quorum iure civili statuuntur tres *7. De l.* ordines, quibus Canones adjungunt *ex dic.* communicatos & haereticos.

3. An-



3. *An & Clericis permissum est postulare?*

Clericis, qui sacris initiati DEO accipiuntur, postulare sive agere advocatum coram iudice Ecclesiastico permittitur. Non etiam coram laico, nisi pro propria causa, vel sanguine sibi conjuncto aut Ecclesie suae, aut miserabilium

*c. 1. & ult. hoc tit.* sonarum, ut orphanorum, viduarum, prosequantur. Similiter Clericis, in minoribus ordinibus adhuc constitutis, permittitur postulare coram iudice laico, si stipendiis sustententur Ecclesiasticis; si minus, victum sibi ex ratione quaerere possunt, dummodo in iudiciis abstineant criminalibus.

4. *An Monachis?*

Nequaquam, neque etiam Religiosi, etsi Clerici non sint, advocatum agere solent, & ne quidem monasterii sui, nisi monasterii utilitas exigit, Abbatis auctoritate, sive agatur coram iudice Ecclesiastico sive laico.

*c. 2. b. t.*

## TIT. XXXVIII.

## De Procuratoribus.

Advocatorum publicum est munus honorificum. Procuratorum munus est privatum, & minus honorificum.